

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Auaricia bd  
cum uariis

Auaricia secundum apostolum est ydolorum seruitus quia sicut ydolatria seruit simulacro, sic auarus seruit thesauro. Nam ille cultum ydolatrie diligenter ampliat et iste cumulum pecunie libenter augmentat. Ille cum omni diligencia colit simulacrum et iste cum omni cura custodit thesaurum. Ille spem ponit in idolatria et iste spem constituit in pecunia. Ille timet mutilare simulacrum et iste timet minuere thesaurum.

Innocencius ibidem.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

ydolatria] idolatra L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>